

Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.30

Auteur(s) : Stéphane Augustin Marie Poullétier

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Ballard

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1789

Description : Une feuille de papier fortement tachée. Le coin inférieur gauche est déchiré. Une perforation au niveau de la pliure médiane. Des déchirures ont été réparées au verso au moyen de morceaux de papier collé. Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 642 mm ; largeur : 430 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Stéphane Poullétier, le lundi 31 août 1789, à Paris. Les articles de droit civil traitent de la nullité des accords passés sous la contrainte physique ou morale. Les articles de droit canon portent sur les sentences d'excommunication. L'estampe représente dans un médaillon Saint Nicolas, avec un enfant à ses pieds.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



OPTIMI PATRIS PATRONO...

THESES UTRIUSQUE JURIS.

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

CANONICI.

Ex Cap. 40. Extr. De Sententiâ excommunicationis.

EXCOMMUNICATIO est censura ecclesiastica, quâ fideles à sacramentorum participatione, vel ab ipso Ecclesiæ corpore & ab omni fidelium communione excluduntur.

EST autem excommunicatio duplex: major & minor.

ILLA à sacramentorum participatione, & ab omni Ecclesiæ & fidelium consortio; hæc tantum à sacramentorum participatione submovet.

UTRAQUE inferitur vel à jure seu canone, quæ & latæ sententiæ dicitur, vel ab homine & sententiæ ferendæ appellatur.

EXCOMMUNICATIO latæ sententiæ non admittitur apud nos, quoad effectus exteriores.

MERITO adversus contumaces poena excommunicationis introducta est in Ecclesiâ.

SED cum poena excommunicationis sit gravissima, non temerè est irroganda, sed ex iis causis ex quibus sacri canones eam irrogari jubent.

PRÆLATUS non potest sententiâ excommunicationis ferre, nisi præmissâ competentis monitione, hoc est quæ ter repetita fuerit cum idoneo intervallo.

IPSO jure majorem excommunicationem incurrit, qui violentas manus injicit in clericum, monachum, aut convertum; cujus veniam extrâ mortis periculum solus Summus Pontifex potest concedere; sed hujusmodi excommunicatio apud nos nullum effectum sortitur, nisi adversus legitime convictum lata fuerit sententiâ, eaque publicè denuntiata.

CIVILIS.

Ex Lege 1. Cod. De His quæ vi metusve causâ, &c.

QUÆ vi vel metu gesta sunt, ipso jure valent; sed metum passus ex Edicto prætoris subvenitur.

ILLUD Edictum his verbis conceptum erat: quod vi metu-ve gestum erit, ratum non habeo; sed postea visum est vis mentionem detrahere.

PER vim non intelligimus quamlibet, sed atrocem & eam quæ adversus bonos mores fit.

METUM pariter accepimus, non quamlibet timorem, sed gravem & qui cadere possit in constantem virum, non vani & meticulosi hominis.

QUI vim vel metum passus est in negotiis imperfectis, habet exceptionem quod metus causâ, ut rescindatur quod gestum est.

IN negotiis verò perfectis, agere potest actio quod metus causâ, ut res per vim extorta restituatur.

ACTIO quod metus causâ arbitraria est & in quadruplum datur, sed ita deum si reus conventus arbitrio judicis rem non restituerit.

ILLA actio licet in personam sit, in rem tamen scripta est, unde etiam in eum qui metum non intulit, modò ex metu illato lærum perceperit, datur.

DENIQUE illa actio persecutionem eorum quæ vi vel furto ablata sunt, etsi postea intercederint, continet.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Dei-parâ, & Præsidi CL.V.D. MATTHÆO ANTONIO BOUCHAUD, Equite, Comite Consistoriano, J.U.D. Antecessore, & Comite, & Regiâ inscription. & human. litter. Academiâ, Divionensis & Atrabatenfis Academicarum Honerario, Lectore & Professore Regio juris Naturæ & Gentium, ac Censore Regio, tueri conabitur STEPHANUS-AUGUSTINUS-MARIA FOULLETIER, Parisinus, die Lunæ 31 Augusti, anno Dom. 1789, ab undecimâ ad primam.

Aderunt cum jure suffragii forte duâ Clar. D.D. Drouot, Vasselin, Sarrelle, Demante, Gravier, Duménil.

PARISII.

IN SCHOLIS JURIS.

PRO BACCALAUREATU.

